



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 83. Maria Regina interrogata, ejusque responsa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

„tetur., Annuere illi, quin tamen
 eas rationes, quibus illam firmabat,
 ratas haberent. Igitur Judicibus in ar-
 cis Aula congregatis Maria Regina
 comparet, eaque eminentiori sedi ad
 id destinatae insidente Cancellarius ita
 effatus est: „Angliæ Regina multa ha-
 „ctenus pro clementia sua, ac pruden-
 „tia dissimulaverat, quæ tamen ulterius
 „ferre non potest, ne frustra gladium
 „a Deo acceptum gestare videatur, ne-
 „que tamen id pro sua causa facit,
 „nam sibi vita tanti non est, quam ut
 „Religioni, ac publicæ tranquillitati,
 „cujus præcipua semper apud bonos
 „Principes causa fuit, consulat, proin-
 „te exorat, ut ad accusationum capita
 „adversus te delata respondeas, cum
 „insimuleris, quod in Reginæ, Anglici
 „Regni, & Protestantium Religionis exi-
 „tium clandestina fabricaveris consilia,
 „propterea nos ab eadem Regina no-
 „minati fuimus, ut in harum accusa-
 „tionum veritatem inquireremus, at-
 „que tua responsa exciperemus.

§. LXXXIII.

*Maria Regina interrogata, ejusque
 responsa.*

Vix Cancellarius hæc proferebat, cum
 illico Maria folio suo surgens hæc
 subjungeret: „in Angliam veni, ut
 „juxta posse.

*Thuan. l. 86.
 Hist du Mar-
 ture de la
 Re ne d'Es-*

Hist. Eccles. Tom. L.

D d

„juxta posse.

Sæcul. XVI.
 A.C. 1586.

Sæcul. XVI.

A.C. 1586

*Mem. de la
Ligue t. 3.*

pag. 428.

„juxta fidem mihi datam asylum quaerem, & suppetias impetrarem: de cetero Regina sum libere nata, ac nulli subiecta, & quamvis coram Elisabethæ deputatis compaream, unice tamen me eo ex fine sisto, ut læsam famam meam tueri valeam, Porro cum Procurator Generalis eidem objiceret, quod nuperæ conspirationis conscia fuisset, imo etiam eam exequendi media suggessisset, ad hæc Regina respondit: „Deus mihi infensus sit, si minus vera dixero, constanter autem assero, nunquam me Elisabethæ Reginae Anglorum dilectæ Sororis vitæ invidia tam esse. De cetero ut libertatem recuperarem, multa feci, ac scripturam & catholicis liberandis sedulam operam dedi, ac nunc operam do, ut val sanguinis mei pretio in libertatem asserantur, atque ab iniqua, sub qua ingemiscunt, oppressione liberentur. Attamen semper in carceribus fui detenta, qua ergo ratione clandestinas ceterorum machinationes præpedire potuissim? „ his dictis in magnum lacrimarum imbrem profundeatur, mox autem illæ, quas Babingtonus nuperæ conspirationis Princeps ad illam scripserat literæ, necnon ejusdem confessio ante ejus supplicium facta, aliaque proferebatur epistola, quam

„Sco-

Sæcul. XVI,
A C 1586.

Scotiæ Regina ad eundem arcanis literis scripsisse dicebatur. Verum illa haud territa constanter pernegabat, quod vel unquam cum Babingtono literarum commercium habuisset, imo nequidem illum nosset: postquam itidem de Arondelio, & Northumbriæ Comitibus, de quorum supplicio mentio in præfatis literis fiebat, sermo ingerebatur, ipsa rursus ubertim fleuit, & in ejulatus tandem erumpens illustris familiæ vicem se dolere dixit, quæ tam dura sui causa pati cogeretur.

Demum Guilielmus supremus Regni Quæstor Jacobi Navii Parisiensis, & Gilberti Curli, qui Reginæ a secretis erant, epistolas proferebat: quantocius vero ad horum testimonia ita respondit Regina: „Curlium natione Scotum Vi-
„rum sat honestum esse nosco, sublestæ
„autem fidei homo est Navius Gallus,
„qui forte auro corruptus fuit: aliun-
„de vero sæpe nimix Curlii facilitati
„illudens, quicquid mihi inciderat, ei-
„dem describendum commisi: denique
„nil magis certum est, nisi quod mei
„Scribæ suis literis plurima inferuerint,
„quæ tamen nunquam a me dictata
„fuere: non ergo nisi ex proprio meo
„chirographo, non autem ex illorum,
„qui mihi ab epistolis erant, literis con-
„vinci possum, præcipue cum etiam
Dd 2 „hi,

Sæcul. XVI., hi, si præsentés adessent, me nullius
A.C. 1586. „objecti criminis ream profiterentur.”

Hoc Reginæ responso Judices quid opponerent, nihil in promptu habebant, tandem vero Quæstor eidem objectare aggrediebatur, quod Regem Filium eripere, eumque in Hispaniam conducere molita fuerit, ut jus, quod sibi in Angliam competere crederet, in Philippum II. transferret: verum Maria Scotiæ Regina ad primum accusationis caput respondit, nil magis infalsum excogitari posse: porro ad alterum reposuit, quod nativitatis jure proxima Reginæ Elisabethæ hæres esset, ac proin jus suum, ad quemcunque vellet, transferre sibi integrum foret, de cetero autem hac cavillatione nequam comprobatum redderetur, quod Elisabetham trucidandi machinationibus conspirasset, cum tamen id unicum eidem crimini daretur. Idem ferme responsum dederat Regina ad ceteros omnes accusationum articulos, qui præcipuum caput non tangebant: denique Quæstore sciscitante, an pro sua defensione adhuc quædam proferre vellet, intrepide respondit, quod coram Regina, ejusque Senatu in plena Curia audiri peteret.

§. LXXXIV.